

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## LIBER

protagoras.

**P**rotagoras artemonis siue ut Apollodorus & dion in persicis ait mæ andri filius abderites fuit: ut Heraclides ponticus i libris de legibus tradidit: qui illum et thuriis leges dedisse ait. Vt aut̄ eupolis in tragœdia quæ inscribitur colaces refert teius fuit. ait enim nanque est in intimis protagoras teius: hic & p̄dicus ceus libros prælegentes inde emolumēta capiebāt. plato deniq; in p̄tagora graui uoce fuisse prodicū ait. Audiuit autē protagoras democritū: uocabaturq; lapiētia: ut fauorinus i omnimoda historia refert: primusq; dixit duas oīum rerū eē rōnes iuicē cōtrarias: quibus ēt interrogādo utebatur: primus hoc agēs atq; i hunc ferme cœpit modū oīum rerū modus & mēsurā hō ē earū q̄dem quæ sunt ut sunt. Quæ uero nō sunt ut non sunt: dicebatq; nihil esse aīam circa sensus: sicut & plato refert i theæteto: omniaq; esse uera. Alio autē in loco i hunc cœpit modū: de diis quidem statuere nequeo: neq; an sint neq; utrū nō sint: sunt enī plurima quæ id scire prohibeāt: quippe & summa rei obscuritas & breuis hoīs uita. Ob hoc aut̄ ille principiū operis pulsus ab atheniēsisibus ē: libriq; illius in foro cremati sunt: sub præconis uoce a singulis qui illos hēbāt: inq̄siti. Hic primus mercedis gratia minas centū exegit: primusq; tēporis partes diffiniuit: ac tēporis uires exposuit: orationūq; certamina fecit: & lophisma his qui cōtentionis studio delectātur induxit: & omīssa mēte de nomine differuit: ac superficiale & apertū illud cōtentionis genus quod modo in usu ē genuit. un de & ipsum timon mixtū cōtētiosumq; appellauit. Hic & socraticū dicendi genus primus mouit: antisthenisq; rōnem qua demonstrare nititur cōtradicare nō eē: ut plato i euthydemo loquitur primus iste uersauit. primusq; ut ait artemidorus dialecticus in libro aduersus chrysippum argumēta ad q̄ōnes docuit: ac primus quā nuncupauit τὸ λην in qua onera portāt iuenit: ut aristoteles in libro de disciplina ait. Erat enī ualifer ut memorat sane epicurus: atq; aduersus democritum hunc in modū elatus est cum ligna dedisse uisus esset. Diuisit aut̄ orationem primus i quattuor: precationē: interrogationem: responsionē: præceptum: alii septem in partes distinxisse aiunt: narrationem: rogationē: responsionē: præceptū: promissionem: precationem: uocationem: quas etiā fundamenta orationis dixit. porro alcidas orationis quattuor partes dixit: dictionem: pronuntiationē: interrogationem: appellationē. primum uero librorum suorum de diis recitauit eum: cuius initiū supra posuimus. Recitauit aut̄ athenis in euripidis: siue ut quidā uolunt in megaclidis domo. Alii in lycidio dicunt archagora theodoti filio sub discipuli p̄sona recitante. Accusauit aut̄ illū pithodorus polizeli filius ad quadringentos aristoteles euathlus accusasse ait. Sunt autē qui seruantur eius libri hi: ars contionis: de lucta: de disciplinis: de republica: de liberalitate: de uirtutibus: de prisco statu: de his quæ sunt apud inferos: de his quæ non recte ab hominibus geruntur: de præcepto: causa: de mercede. cōtradictionum